

/ Ill/me D. Comes. Non memini, me consilium dedisse D.V. ut ante  
festa Natalitia susciperet duos sacros ordines, sed contra potius  
memini me dixisse sacros ordines recipiendos temporibus ab Eccle-  
sia institutis, nisi aliud postulet Ecclesiae necessitas; et quia  
5 nulla necessitas apparet, unde cogatur D.V. ordines accipere extra  
tempora, ideo consilium dedi ut in quatuor temporibus natalitiis u-  
num ordinem sacrum susciperet, aliorum ordinum susceptionem in alia  
tempora differret. Nunc autem valde dubito, an vel unum ordinem sa-  
crum in proximis temporibus D.V. suscipere possit. Multa enim sunt  
10 necessaria ad sacros ordines, literae dimissoriales proprii Epis-  
copi, examen de doctrina et moribus, et testimonium de ordinibus m-  
minoribus rite perceptis, titulus aliquis beneficii vel patrimonii,  
et si quae sunt alia, quae mihi in praesentia non occurrunt. Quare  
non auderem antea loqui cum Summo Pontifice, quam de his rebus cer-  
15 tior factus essem.

---